qui semper domos uillas signa tabulas
uestras pluris q̄ rem.pu. fecistis. Si ista
cuiuscūq; modi sunt que amplexamini re-
tinere si uoluptatibus uestris otiū prebēr
uultis expergescimini aliquando: et ca-
pescite rem.pu. nō agitur de uectigalibꝫ
neq; de sotiorū iniuriis. libertas et anima
nostra in dubio est. Sepe numero .p.c. mlta
uerba in hoc ordine feci. Sepe de luxuria
atq; auaritia nostrū ciuiu; questus sū mlt-
tosq; mortales ea causa aduersos habeo. q
mihi atq; aīo meo nullius unq̄ delicti grāz
fecissem haud facile alterius libidini ma-
lefacta condonabā. Sed ea tam etsi uos
paruipendebatis tamen .r.p. firma erat opu-
lentia negligentiā tollerabat. Nūc uero
id nō agitur bonis ne an malis moribus
uiuamus neq; quantū aut q̄ magnificū
imperiū populi .Ro. sit Sed hec cuiuscūq;
modi uidentur nostra an nobiscū una ho-
stiū futura sit. Hic mihi quisq̄ mansu-
etudinē et misericordiā nominat: iampri-
dem equidē nos uera uocabula rerum
amisimus quia bona aliena largiri libera-

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 117v – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0172/117v)